

## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorvm**

**VD16 B 5530**

Quinta Conclusio. Dispositiuè & indirectè corpora cœlestia possunt agere  
in hominis voluntatem, & tunc eam contingenter inclinant, sed non  
neceſſitant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

**Quarta Conclusio.** *Mores hominum, & euentus futurorum, vel actus humanaarum voluntatum simpliciter & sufficienter attribuere constellationibus sydern, est superstitionem, & contra fidem Catholicam.*

**H**IEREMIAE 10. cap. à signis cœli nolite metuere, quæ timent gentes : quia leges populorum vanæ sunt. Deinde hoc spectat ad errorem Priscilliani, qui dixit homines fatalibus stellis alligatos. Eius errorem damnauit Concilium Braccarens. primum cap. 9. Si quis animas & corpora humana fatalibus stellis credit astringi, sicut Pagani & Priscillianus dixerunt, anathema sit: & cap. 10. Si qui duodecim signa, quæ mathematici obseruare solent, per singula animæ, vel corporis membra dissipata credunt, sicut Priscillianus dixit: anathema sit.

**Quinta Conclusio.** *Dispositiue & indirecte corpora cœlestia possunt agere in hominis voluntatem, & tunc eam contingenter inclinant, sed non necessitant.*

**S.** Thom. 1.2. art. d. S. Bonavent. & alij. Ratio est. Quia varia corporum dispositio plurimum facit ad humanorum morum variationem. Cœlorum autem virtus potest directe in cor-

in corpus humanum imprimere, tunc tamen  
voluntas non cogitur, sed tantum inclinatur.  
Vnde dicitur: Sapiens dominabitur astris.

## QUAESTIO. II.

*An Astrologia, quæ est pars Mathematicæ,  
tice, omnino sit prohibita?*

DE hac materia tractant S. Thom. 2.2. q. 95.  
Alexand. Halen. 2. par. q. 184. Turrecr. in  
d.c. Illos. Alberic. in Repertorio Iuris, in di-  
ctione, Sortilegus. Troilus Maluetius in tra-  
ctatu de fortibus, part. I. Panorm. Ioan. Andr.  
Petr. Ancharan. & Ioan. de Anania cum alijs in  
cap. Ex tuarum, de Sortileg.

Astrologiæ sunt duæ quasi partes. Vna, quæ <sup>Astrologiæ</sup> tradit notitiam corporum cœlestium, & in- <sup>due sunt  
partes.</sup> fluentiam eorundem in hæc inferiora. Alia, quæ iudicat ex astrorū & corporum cœlestiū inspectione ac obseruatione de rebus, quæ ocurrunt vel geruntur circa hominem: & hæc dicitur Astrologia iudiciaria, quæ quando in ferendo iudicio metas humani intellectus trahit, reprobatur: atq; vt hoc melius & rectius intelligatur, in primis notandum ex Doctribus. Varij possunt esse effectus, de quibus Astrologus suum iudicium interponit. Alii sunt, qui necessariam naturalemque cum suis caussis coniunctionem habent, vt sunt Eclipses, oppositiones syderum, coiunctiones

Ff pl-